

Obitum

**D. N. GREGORII
WEISKEGEL,**

singularis exempli VIRI,
CIVIS

includā VRATISLAVIENSIIUM Republica;
& SENIORIS
honoratissimā ZYTHOPOLARUM tribu,
dignissimū;

A. D. xiv. Calendarum Septembr.

Anni Christiani

clō lō cxxv.

*vita integerrimè transactæ officio
piè placideq; defuncti*

lugebant,

luctumq;

EPICEDIIS & EPITAPHIIS sequentibus
testificari volebant,

AMICI.





MEMORIAE
INTEGRIMI VIRI, ET HO-
noratissimi Civis, Domini
GREGORII VVEISKE-
GELII.



REGORIVS *vigilem* sonat. Et ta-
les decet esse

quotquot amant, CHRISTO
sub Duce, signa sequi.

Nominis hoc noster bene WEIS-
KEGELIVS olim,

Sacro, ceu fas est, locus ab amne, tulit.

Nam CHRISTI obsequiis usq; *in vigilando*, sub
axe

militiae implevit munia ritē suae.

Nunc axem super *ad vigilans*, epinicia cantat,

Victori, certus præmia ferre, DEO.

Et vero jam fert; agit inter gaudia Vitam

æterna æternam. *sic vigilem esse iurvat.*

A3

TV-



537337

TUMULVS.
Hic WEISKEGELIVS scenam, schemamq; re-
condit:

Ipsc Hospes celorum incola factus ovat.

ALIVS.
Integritas hic defossa est: mutila ergo per orbem,
nil mirum, passim mancaq; multa dari.

Opt. amici obitum merito
lucens, app.

M. Michaël Poll R.

~~~~~  
Carmen funebre cum Epitaphio, ductu duorum  
Anagrammatum.

Gregorius Weißegel  
Siege wol/ Kriegs Ruge.  
Wegreise/ gros Geluck.

hoc est,

Bene vincito; militiae hac quies est.  
Abitus, magna felicitas.

SI miles mihi WEISKEGEL, dicare fuisse,  
Vel, cui carpendum calle, viator, iter:  
Dicaris titulis, quos Lex probat ipsa IEHOVÆ:  
Militiam atq; Viam vitam hominum illa vo-  
cat.

Ergo

Ergo his nominibus merito appellare beatus:

Perbene certatum est, perbene cursa via est.  
Vicisti tandem, Victoriaq; ista quietem

Militiae peperit, quam orbe necesse sequi.

Quin abiens etiam externis feliciter oris,

Ingredieris superi regna paterna soli.

Sic bene tecum agitur, sic in te competit illud;

Deteriora fugis, sed meliora capis.

Nobis aqua minus fors, queis Commilito tantus,

Queis Comes iste via funere raptus obit.

Mæremus, quantumq; licet, testamur amorem,

Eulogio ornantes sacra sepulcra Viri.

Qui WEISKEGELIVM noras (novèrè boni  
omnes)

Hac monumenta videns ore animoq; fave.

Hic sita, quæ posuit miles - quondam atque viator:  
Victorem & civem jam tenet aula poli.

De viri cum primis boni  
fautorisq; singularis morte  
deplorans  
facieb.

M. Elias Major Vratisl.  
Histor. Professor.

A 3

In



*In beatam illam ἀνάλυσιν*  
**DN. GREGORII Weißfegels/**  
Civis Vratisl. Primarij.

**G**REGORIVM Musalugent, quem funere  
merfit

*Parca ferox, nullis parcere docta viris.*  
Flet pietas, flet prisca fides, flet candida virtus,  
Flet Phœbæa cohors, flet bonus ordo patrum.  
Scilicet indignum Musisq; perire patronum,  
Indignum patriæ fidus obire diem.  
Hic fuit ille Virum, Sophiæ qui clarus in arvis,  
Lustravit Clarias ingeniosus opes.  
Hic fuit ille virum, coluit qui pectore ab imo  
*Eusebien; Pietas cura, laborq; fuit.*  
Hic fuit ille Virum, patriæ qui charus, honores  
Gestabat prudens, consilioq; potens.  
Iamq; aderant meritis certissima præmia, fidos  
Quæ locat in cives BRESLA, beata viris.  
Sed medios inter conatus, inter & ætus,  
Rumpuntur vitæ fila, caditq; DEO.  
Eheu sic obitus, præcepsq; potentia fati,  
Evocat ante diem, ceu rapit ante diem.

Scilicet

Scilicet optatum meditantur singula finem,  
*Finis ut est cunctis rebus & alma quies.*

*Ultimo hoc honoris adfectu, Honoratiss.*  
*Dn. Ad finem prosequatur,*

Godefridus Wagner Vratisl.  
D. Elisab. Cantor.



VRATISLAVIÆ  
Typis  
Georgii Baumannii.





*MUSÆ EXSEQUIALES,*  
 HONORI ET MEMORIÆ  
 NOBILISSIMI JUVENUM,  
 DN. JOANNIS CYRENERGI,  
 IN FLORE ÆTATIS, VIRTUTIS  
 AC DOCTRINÆ

E VIVIS SUBLATI:

PARENTI, UT MOESTISSIMO, SIC  
 OPTIMO,

DN.  
 JOANNI CYRENERGIO,  
 VIRO MAGNifico ATQVE  
 AMPLISS<sup>o</sup> INCLYTÆ REIPUBL.  
 GEDANENSIS BURGRAVIO REGIO  
 ET SENATORI PRIMARIO,  
 AB AMICIS SILES.  
 REPRÆSENTATÆ.

